

¶ s. est aduertendum, q̄ auctoritas concessa
fratribus mendicantibus à suis superioribus
vtendi priuilegijs & alijs facultatibus non
spirat, neq; extinguitur per mortem cōceden-
tium. Quia vt dicit Silvester verbo, Gratia,
& verbo, Indulgentia. §. 5. parti. 7. Gratia,
concessa auctoritate Pape durat mortuo Papa,
& mortuo prelato, eam concedente vel à suo
officio amoto. Idem habet Panor. c. Cū ad
hoc de Cler. non resi. nū. 9. Ratio est, quia præ
fati prælati non committunt dictam protesta-
tem sed Papa: quia auctoritate eius commis-
tunt. Dicit enim Panor. cap. Cum in iure de
officio de lega, n. 2. Not. 3. q̄ quando delega-
tus Papæ præcepit aliquid, præcepit illud au-
toritate Papæ. Ex quo habes q̄ si prouincia-
lis tibi committerit vel commissit particula-
riter & expresse, auctoritatem brevis Clemē.
7. vel Adriani. 6. vel aliorum privilegiorū
quod non est opus ab alio prouinciali petere
prædictam auctoritatem: dato quod q̄ tibi cō-
missit talem auctoritatem in ortuus fuerit, vel
eius officium finierit: quia tu habes illud pri-
uilegium, non auctoritate eius, sed Papæ, qui
concessit ei, vt tibi committere posset.

¶ At vero non ex hoc inferas q̄ prouincia-